

Q. D. B. P.

COMMENTARIOLUS THEOLOGICUS
AD VERBA CHRISTI

COMPELLE
AD INTRANDUM,
S I V E
DETOLERANDIS
VEL NON TOLERANDIS
IN RELIGIONE DISSENTI-

ENTIBUS, 4^o Theol 2896
QUEM,

P R A E S I D E
CHRISTOPH. MATTHÆO PFAFFIO,
S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARIO, CANCELLARIO
TUBINGENSI, ABBATE LAUREACENSI,

AD DIEM XXI. MARTII

D E F E N D E T
M. WOLFG. LUDOV. LIESCHING, Gœppinga-
Augustanus.

S. MINISTERII CANDIDATUS & SERENISS. STIPENDIARIUS
IN DUCALI STIPENDIO THEOLOGICO.


TURINGÆ, TYPIS ROEBELIANIS,
A. 1732.

S. D. B. V.
SACRI ROMANI IMPERII
LIBERÆ ATQUE FLORENTISSIMÆ
REPUBLICÆ AUGUSTANÆ
PROGERIBUS ET PATRIÆ
PATRIBUS
INCLYTIS,

A. C.
V I R I S
PER - ILLUSTRI,
GENEROSIS, MAGNIFICIS, MAXIME STRENUIS, PRUDEN-
TISSIMIS, CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMISQUE
DN. DN. DN. DN.
S. CÆS. MAJESTATIS CONSILIARIO ACTUALI
et URBIS PRÆFECTO, DUUMVIRO
SENATUS SECRETIORIS,
SEPTEMVIRIS,
CONSULIBUS,
SENATORIBUS.

VIRIS PIETATE, AUCTORITATE, PRUDENTIA
ac DEXTERITATE SPECTATISSIMIS,
DOMINIS SUIS GRATIOSIS AC
PATRONIS MAXIMIS
omni observantia cultu, omniq[ue] animi devota submissione
æternum venerandis, suspiciendisque.

V I R I S
 PARITER:
 SUMME AC PLURIMUM REVERENDIS, AMPLISSIMIS,
 DIGNISSIMIS, &q. DOCTISSIMIS
 MINISTERII IN PATRIA EVANGELICI
 DN. DN. DN.
 SENIORIBUS,
 PASTORIBUS,
 DIACONISQUE
 AD UNUM OMNIBUS
 VIRIS GRAVISSIMIS, VIGILANTISSIMIS, MERITISSIMIS
 DOMINIS SUIS AC PATRONIS
 pia mente, submissaque animi devotione
 per omnem vitam decentissime prosequendis,
 DISSERTATIONIS HUJUS THEOLOGICÆ
 humillima Dedicatione gratum animum testari,
 eademque opera quidquid salutis
 NOMINA ista atque MUNERA postulant
 divinitus ardentissime apprecari
 TANTIS denique VIRIS omnibus
 fe suaque studia
 demississimo animo devote commendare
 voluit, debuit
 VENERANDORUM ISTORUM NOMINUM
 devotissimus Cultor
 M. WOLF. LUDOV. LIESCHING. RESPONDENS.



LUC. XIV. 23.
 ΑΝΑΓΚΑΣΟΝ ΕΙΣΕΛΘΕΙΝ.
 COMPELLE AD INTRANDUM.

§. I.



Invitaverat Christum die Sabbathi ad convivium ex Phariseis primicerius. Noluit interesse Salvator sine multo ædificationis sale adsperso. Primum itaque sanavit paralyticum, defenso hoc adversus Phariseos charitatis opere die Sabbati patrato. Disseruit deinceps, cum vidaret convivas de primo loco certantes, de humilitate, mox de vocandis ad convivia etiam egenis & miseris, & de anhelando maximè coelesti convivio, tandemque parabolam enarravit de cœnâ à Viro quodam summo paratâ, qui per servum complures invitaverit, queis ob varias causas venire nolentibus, iratus ille eundem misericorditer in vias publicas cum latioribus tunc angustiores, ad vocandos mendicos & debiles & claudos & cæcos & certo certius adducendos, immo compellendos, ut intrent, ἀναγκασον εισελθειν, compelle ad intrandum, ut impleatur, ita Paterfamilias ad servum, domus mea, adjecto epiphonemate, neminem ex iis, qui primum invitati essent nec comparuerint, cœnam paratam gustaturum. Vir iste sive Paterfamilias Deus est, cœna ista magna bona gratiae, servus Christus cum Apostolis, domus Ecclesia, invitatio est prædicatio Evangelii, primum vocati & invitationi haud parentes Judæi vel quivis etiam increduli, secundum vocati gentes fidelesque, qui vocationi parent,

A

injice

minæ adjectæ reprobationem Judæorum & judicium in incredulos quosvis inferunt. Facilia hæc omnia sunt, & ferè parallela parabolæ, quæ extat Matth. XXII. 1. sqq. à nostrâ licet diversâ. (a) Jam verò ex hoc parabolæ contextu ad oculum patet, verbum ἀναγκάζειν, compellere invitationem emphaticè & instantissimè faciendam, sine ullâ tamen vi externâ aut coactione faciendam innuere. Non urgebimus, neminem ad convivium cogi, nec tantam quoque convivarum multitudinem cogere potuisse servum unum, cùm parabola hæc sit, quæ non opus est, ut cum eo, quod significat, in omnibus conveniat tam exactè. Sufficit, servi nomine hic significari (neque enim ullâ cum probabilitatis specie dici potest, Magistratum politicum hic innui) Christum & Apostolos, quos constat, prædicationi suæ nullam vim externam vel carnalia arma juxasse. Sic & verbum ἀναγκάζειν persuasione emphaticam indigit, Matth. XIV. 22. Marc. VI. 45. 2. Cor. XII. 11. Gal. II. 3. 14. VI. 12. Uti & καταβιάζειν Luc. XXIV. 29. & παραβιάζεσθαι Act. XVI. 15. Addere possemus & Autores profanos, qui coactionis vocem hoc sensu adhibent. Ast in re planâ non opus est, prolixâ hic operâ defungi. Conferantur Autores infra citati. (b)

f. 2.

Mirum itaque videri possit, esse, qui ex hoc loco arguant, cogendos ad religionem hæreticos esse. Inter veteres hoc argumentum ursit maximè Augustinus in epistolis ad Vincentium, Bonifacium & Donatorem. (c) Ita sanè ad Bonifacium ille: *Ipse Dominus ad magnam conan suam prius adduci iubet convivas, postea cogi.* Et paulò post: *Quapropter, si potestate, quam per religionem ac fidem Regum, tempore, quo debuit, diuino munere accepit Ecclesia, hi, qui inueniantur in viis & in sepiibus, id est, in heresis & schismatibus, coguntur intrare, non, quia coguntur, reprehendant, sed, quò cogantur, attendant.* Ita & Thomas Aquinas de apostatis & hæreticis, allegato hoc loco: (d) *Et tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant, quod promiserunt, & teneant, quod semel suscepserunt.*

(a) Id quod paucis probatum dedit cl. Rusius in harmoniâ Evangelicâ T. 2. p. 723.

(b) Grotius maximè ad h. l. Dictericus in illustramento N. T. Vol. I. f. 92. Elsnerus in observ. sacrâ in N. T. T. I. p. 244. 245. Schvvarzius ad Olearium de Stylo N. T. p. 169. & Heumannus in Pœcile T. I. L. I. n. 10. p. 85. 86.

(c) n. 48. 50. 204.

(d) 2. 2. qu. 10. art. 8.

perunt. Ita & Doctores Pontificii passim. (e) Sed straminea est, quæ hinc deducitur, probatio. Non urgebimus, de infidelibus hic, non de hæreticis sermonem esse. Sed id repetimus saltem, de spirituali & divinâ πενταράγη, quæ Evangelio prædicato competit, hic sermonem esse. 1. Cor. II. 4. 2. Cor. IV. 12. 1. Thess. I. 5. egregiè verba sic interprestante Theophylacto. Etsi enim ex Matth. XXII. 6. 7. ubi parabola non quidem eadem sed parallela habetur, sequi videatur, puniendo morte hæreticos esse, argumentum tamen retorqueri potius in dissentientes potest. Eos perdet & extinguet judicis suis, extremo maxime, Deus, qui contra seruos suos in re religionis cum violentiâ fuerint grallati, uti Judæos in Christum & Apostolos sœvientes idem puniit. Ast, quod jam ante monuimus, nec de Magistratu politico, sed de Deo, supremo Jüdice, hic sermo est. Vide & heic Autores infra citatos (f).

§. 3.

Confirmant hanc interpretationem nostram argumenta præstantissima, queis conficitur, non cogi per Magistratum politicum ad religionem amplectendam dissentientes posse nec debere. Non prius. Jam enim intellectus ad mutandam sententiam rationibus quidem peruaderi sed vi cogi non potest. Non posterius. Jam enim 1. Magistrati politico, ut tali, cura saltem salutis subditorum civilis incumbit, (g) cui si, prout par est, Magistratus Christianus, ut Christianus, jungat curam veræ religionis illis instillandæ, per legitima media, quæ ratio & revelatio tradunt, opus est, ut id agat. Tale autem medium non est 2. vis externa, quæ nonnisi hypocritas efficere & superstitionem mentibus instillare, non veritatem

A 2

ritatem

(e) Sufficiat hic allegâsse duas Augustini epistolas ad Vincentium & Bonifacium autoritate Archiepiscopi Parisiensis ad defendendas Reformatorum tunc è Gallis pulsorum persecutions in lingua Gallicam translatas editasque Parisiis A. 1685. 12. sub titulo: *Conformité de la conduite de l'Eglise de France pour ramener les Protestans avec celle de l'Eglise d'Afrique pour ramener les Donatistes à la foi Catholique.* Autores hic spectantes, qui diversitatem causa Donatistarum & Protestantum ostenderunt, laudavimus in introd. in hist. Theol. lit. P. 2. p. 71. ubi & notavimus Poiretum, Augustinum, quod miseris, hic defendantem, sed à Clerico refutatum.

(f) Turretinum in instit. Theol. cleast. P. 3. p. 362. & Heideggerum T. 3. diff. sel. 18. §. 40. sqq. p. 754. sqq.

(g) Egregiè hoc ostenderunt Pufendorfius de habitu relig. Christ. ad vitam civilem §. 5. sqq. Thomasius im Fürsten-Recht p. 26. seqq. Lockius, Noodt, Seizius, alij.

ritatem apta est, nec 3. supplicia, queis si puniuntur dissentientes, iudicio persecutorum exitio traduntur æterno, tantum abest, ut convertantur, qui tamen coactionis debebat esse finis. Accedit 4. quod non licet, vi adigere dissententes, ut contra conscientiam sive rectam, sive erroneam religionem amplectantur, cum & peccet, qui contra conscientiam erroneam agit, hujusque peccati reatus sic & in persecutorem redundet. Jam & 5. si Magistratui jus competit, alienos à religione, quam veram iste putat, vi & suppliciis ad eandem cogere, justificarentur sic persecutiones Pharaonis, Nabuchodonosoris, Antiochi in Judæos, Gentilium & Mahomedanorum in Christianos, justificaretur sic propagatio religionis suæ ab his per vim & arma facta, imò propagationi Christianismi impedimentum injiceretur haud superabile, totusque mundus in tot religiones scissus in mutua opus esset, ut lœviret viscera. Multo minùs vero 6. vi in dissentientes sic gravari iacet, queis religionis exercitium per edicta & pacta fuit concessum, quæ sanè contra fidem datam violare est nefas. Nec patitur 7. vim hanc genus Christianismi. Non coactam enim sed liberam religionem Deus poscit & amat. Ps. CX. 3. Carnalia ista arma respuit Novi Testamenti genius. Jes. II. 4. XI. 6. sqq. Et noluit sanè 8. Christus, ut servi sui, quales & Magistratus politicos esse decet, Evangelium armis & vi propagarent. Vide Matth. XXVI. 5. 2. 53. Luc. IX. 54. sqq. Joh. XVIII. 36. Noluit &c. ut eradicentur Zizania, ut pote die extremo à supremo Judge demùm evelienda, qui hoc judicium sibi reservaverit Matth. XIII. 28. sqq. (b) Sic & Paulus nonnisi ad arma spiritualia provocat 2. Cor. X. 4. 5. causamque allegat, cur Deus hæreses toleret 1. Cor. XI. 19. nec de vitâ tollendos sed devitandos saltem ait hæreticos Rom. XVI. 17. 1. Tim. VI. 5. 2. Tim. II. 24. Tit. III. 10. nec turbandas esse sed per mansuetudinem in viam revocandas conscientias Rom. XIV. 1. XV. 1. Gal. VI. 1. Sic & Petrus omne dominium in populum respuit 1. Pet. V. 2. 3. & Paulus 2. Cor. I. 24. Hinc 9. genus persecutionis genus Antichristi est. Danj. VIII. 24. Joh. XVI. 2. 3. Apoc. XI. 7. sqq. XII. 11. sqq. XIII. 7. sqq. XVII. 6. Exprimimus ita 10. sententiam primitivæ

Ecclesiæ, sententiam Patrum antiquissimorum, qui uno ore persecutiones & vitii in causâ religionis sunt abominati. (i)

S. 4.

Peroratâ sic causa nostra & adversariorum argumenta ut proponantur, par est. Caussantur illi 1. officium hoc esse Magistratū Christiani, defendere Ecclesiam, veramque religionem, eandemque propagare, hæreses prostertere quovis modo, &c. si aliter fieri haud possit, vi & suppliciis. Omne malum à Magistratu puniendum esse Rom. XIII. 3. 4. at maximum malum esse hæresin, quæ & 2. ipsam civitatem suâ natura tutbet. Nec tamen 3. supplicia irroganda, nisi blasphemis, pacis publicæ turbatoribus, seductoribus iisque incorrigibilibus, idque 4. saltem in aliorum exemplum, ut discant sapere. In genere 5. vim non adhibendam, nisi, ut saltem ex erroris veterno suscitentur hæretici, adhibendam saltem ad media conversionis, non ad conversionem immediate, jungendam enim 6. instructionem esse errantium, cui si resistant hi, dignissimam poenâ esse illorum pertinaciam, voluntarium vitium. Nec 7. reprehendi possè hanc Magistratū politici vigilantiā, ad quam vi conscientiæ, sive rectæ, sive erroneæ sit obligatus, maximè cum 8. charitas hæreticis debita illam postulet. Sic enim ad sanam illos revocari mētem, uti ægrotus vi compelli ad medicinam sumendam possit, uti phreneticus ligari, ne præceps cadat, uti vi è domo lapsi proximâ extrahi, qui nolit exire. Abscindendam scilicet 9. esse partem corruptam, ne sincera trahatur & gangræna hærefoes serpat. 1. Cor. V. 6. 2. Tim. II. 17. Docere & 10. experientiam, multos vi primum adactos resipuisse ex hæresi. Nec tamen 11. si vis injecta effectum optatum haud semper sortiatur, quicquam hoc valere, cum medicina, etiamsi haud semper saner, tamen suus maneat honos, si aliquando sanet. Addunt tamen 12. nullam vim adhibendam nisi in justâ causâ, ab Orthodoxis contra hæreticos, sic pecari non posse, sic hæresin saltem, sic præjudicia prava debellari. Id quod 13. beneficium sit summum, quod errantibus possit contingere. Baculo & virgâ reducendas errantes oves, corrigendos servos immorigeros, filium inobedientem. Si hæc 14. disciplina haud adhibeatur, confirmari

A 3

firmari

(i) Vide saltem Heideggerum l. c. diss. 19. de coactione violentâ errantium, & Fabricium in notitiâ propagatorum Christianorum facrorum c. 26. p. 497. sqq. ubi Ethnicorum, Christianorum, Judæorum & Mahomedanorum testimonia contra persecutiones in religione refert.

(b) Per Zizania non virtus sed hæreses designatur, opponuntur enim semini bono, quod est verbum Dei. Vide Thuminum in tr. de hæreticis non occidens sed coercendis, ubi p. 9. sqq. locum hunc contra Bellarmimum vindicat, & Heideggerum l. c. §. 24. sqq. p. 739. sqq.

firmari in errore hæreticos, id quod nefas sit. Imò 15. graviore & severiore pœnâ dignissimos esse, quos Christus ipse & Paulus latrones, fures, lupos Matth. VII. 15. Joh. X. 1. Act. XX. 29. appelliter. Hi si supplicio afficiendi sint, cùm vitam saltem naturalem & bona hujus vitæ rapiant, multò digniores isto esse, qui vitam & bona spiritualia & æterna rapiant, qui 16. veram Ecclesiam, Christi sponsam blasphemant & prostituant, Christumque ipsum in illâ, quantum in se eit, persequantur. Nihilum & 17. probare argumenta pro tolerantia adducta. Ita enim portant aperiri Atheismo, Deismo, Socinianismo, sectis omnibus Christianismum vastantibus. Nec conscientiae hæreticorum 18. vim inferri, erroream illam esse ex errore & quidem valde vincibili, ex præjudiciis falsis à pertinaciâ saltem voluntatis oriundis, quæ rationes & argumenta cùm non admittat, vi sit corrigenda & pœnis. Jam & cùm 19. excommunicationem hæreticorum nemo non putet legitimam esse, mirum esse, quod irrogatio pœnarum corporalium credatur illegitima, quæ longè sint mitior excommunicatione, utpote à regno cœlorum excludente. Accedere 20. & hoc, quod in ipsâ reformatione vi usi sunt Protestantes & contra Anti-Trinitarios & Anabaptistas vi & suppliciis egerint. Jam & pœnas & supplicia hæreticis infligenda justificare 21. divinas leges de occidendo falsis Prophetis ad idololatriam seducentibus Deut. XIII. 5. XVIII. 20. Zach. XIII. 3. de apostatis ad idololatriam deficientibus Ex. XXII. 20. Deut. XIII. 13. seqq. XVII. 2. seqq. & imperium sacerdotis protervè spernentibus Deut. XVII. 12. de exscindendis item ob infidelitatem & idololatriam Cananæis Deut. VII. 25. quæ leges in N. T. nullibi legantur abri gatæ. Et has quoque leges 22. sancte observâsse Mosen Exod. XXXII. 27. Josuam, exscindendo Cananæos, Eliam, occidendo Sacerdotes Baaliticos 1. Reg. XVIII. 40. Asam 2. Páral. XV, 13. Jehu 2. Reg. X. Jojadam 2. Reg. XI. 18. Josiam 2. Reg. XXIII. 20. imò & ipsum Nabuchodonosorem Danj III. 29. & Artasastam Efr. VII. 26. Nec 23. obici posse Christi & Apostolorum exemplum, nullâ Magistratus utpote tûm nondum ad Christianismum conversi vi in Evangelio propagando agentium. Imò 24. Christum vim adhibuisse, flagello enim illum expulisse negotiatores è templo Joh. II. 14. & jussisse, ut compellantur ad Ecclesiam hæretici Luc. XIV. 23. Ita & 25. Petrum Ananiam & Sapphiram occidisse Act. V. 5. 10. ita Paulum Act. XIII. 8. seqq. Elymam magum cæcitatè percussisse, & diabolo tradidisse incestuosum Corinthium 1. Cor. V. 1. seqq. itemque Hymenæum & Alexandrum 1. Tim. I. 20. paratumque semper

semper fuisse ad ultionem adversus immorigeros 2. Cor. X. 6. & optâsse ex cœdium hæreticorum Gal. V. 12. 1. Cor. V. 13. Neque enim hos 26. esse tolerandos Apoc. II. 2. 14. 20 indignos quippe & civili honore 2. Joh. 10. Unde nec 27. pacta fidemque illis de libero religionis exercitio datam servandam esse, utpote ipso facta nulla, quia illicita, cur enim detur vel servetur iis fides, qui fidem DEo daram violant? Cur promittitur falsæ religionis libertas in despectum veræ & ipsius Dei? Jam & 28. vim contra infideles & hæreticos justificare exempla Imperatorum & Regum Christianorum, qui gentilismo destructo armis religionem Christianam propagaverint, aliâs haud ita dilatandam. Evolvendas saltem 29. esse leges Constantini M. aliorumque Imperatorum contra hæreticos lata. (k) Ita contra Arianos, Nestorianos, Eutychianos, uti & Donatistas vi olim fuisse actum, id quod adprobaverit 30. Augustinus. Nec difficile esse, totam Patrum Pontificumque etiam Romanorum phalangem producere, qui pœnis contra hæreticos agendum esse statuerint. (l) Unde nec duiores elenchi verbales contra hæreticos illiciti sint, utpote quos & Christus & Apostoli strinxerint.

§. 5.

Haud difficile fuerit, ista omnia in compendio diluere. Et 1. quidem Magistratus officium est, mala civilia pœnis civilibus collere, non Ecclesiastica. Pronunciavit ista Paulus, eo tempore, cùm Magistratus esset infidelis. 2. Hæreticos in Deum, non sanè in sententias, quas haud revolatas falsasque esse putant, blasphemos & pacem publicam turbantes civiliterque peccantes absit ut defendamus. Multentur pœnâ civili proportione delicti civilis, non verò propter hæresin. Coérceantur, si migrant limites. Neque enim 3. vel hæresis vel dissensus in religione per se rempublicam turhat, si modò consensus sit in obedientia Magistrati præstandâ servandisque legibus civilibus. Exemplo sit Belgum fœderatum, ubi tot sectarum multitudo florentem rempublicam reddit. Nec 4. apta sunt supplicia vel pœnas ad errores intellectus emendandos sed bene ad compescenda & eradicanda delicta. Et probandum prius est, pœnas hasce legitimas esse. Sola itaque 5. instructio-eaque libera, haud coacta hîc locum habet. Quæ si non successerit, nequit adjungi coactio, quæ nullum

(k) Vide Thomassai traité dogmatique & historique des édits & des autres moyens, spirituels & temporels, dont on s'est servi dans tous les tems pour établir & pour maintenir l'unité de l'Eglise Catholique, à Paris 1686. 8.

(l) Vide saltem Bellarmijum de laicis L. 3. c. 21.

nullum instructioni superpondium adjicit sed omnem potius illi virtutem & autoritatem adimit. Jam & coactio ad media odiosa potius haec reddit & fructu suo privat, irritatque potius animos, atque in se illegitima est, cum in constitutione civitatis libertatem religionis sibi reservaverint cives, & Magistratui, ut tali, tale quid non competit. Ita & pertinacia illa denum culpabilis est, ubi rationibus resistit intellectus persuasus & convictus. Nec si & sit culpabilis in religione, Magistratus est, illam punire. Nec 6. conscientia Magistratus erronea factum excusat pravum. Juris & ignorantia & error hic est in re non indifferenti sed illegitimâ, quo actus Magistratus in dissentientes in religione sicut & error quidem tûm rationi tûm revelationi, ut ostendimus, adversus, facile itaque vincibilis, imò vincendus. Ubi quidem peccat Magistratus, si contra conscientiam hic agit, peccat tamen multò magis, si secundum eam agat, quæ heic utpote erronea, & melius informanda non obligat absolute sed saltem hypotheticè. Quis dicet, excusari factum Regicidæ ex conscientiâ erroneâ agentis? (m). Nec Magistratui quoque utpote heic tamen facile fallibili neque ad religionem sed saltem ad pacem publicam curandam constituto, ut tali jus competit decidendi de hæresi, multò minus illam puniendi, aut hæreticos & infideles ubicunque locorum vi excidendi. Si enim

(m) Patet hinc, nos non existimare, eadem esse jura conscientiæ erroneous, quæ rectæ. Malè ita Bælius. Vid. ipsius Commentaire philosophique sur ces paroles de Jesus-Christ, contrain-les d'entrer T. 2. Chap. 8. sqq. Pensées diverses érites à un Docteur de Sorbonne à l'occasion de la Comète de 1680. T. 2. addit. Ch. 5. p. 590. sqq. itemque nouvelles lettres au sujet de la Critique de l'histoire du Calvinisme du P. Maimbourg T. 1. lettre 9. p. 244. sqq. Fesi enim dentur casus, ubi magis peccat, qui contra conscientiam erroneous bonam in se actionem patrat, quam qui secundum conscientiam erroneous malam, dantur tamen & alii, ubi obtinet contrarium. Respici heic velim mox ad fontes erroris hujusque vincibilitatem vel invincibilitatem majorem vel minorem, ad errores circa jus vel factum, ad errorum objectum vel præceptum vel prohibitum vel indifferens, ejusque turpitudinem majorem vel minorem. Non fert instituti ratio, ut argumentum grave hæc endemus. Sise ullo dubio hæc peccavit Bælius, qui ferè statuit, non peccare, qui in religione secundum conscientiam faciat erroneous, maximè, cum plena heic certitudo haberi nequeat, qui invincibilis errores hæc omnes ferè facit, qui & capropter omnes prorsus sectas tolerandas esse ait. Sic sane probabilismo, sic peccato philosophico excusando via sternitur. Nolim tamen & hoc dicere, cum, qui contra conscientiam erroneous agit, haud peccare, quæ ferè mens fuit Juriæ, religionum tolerantiam nimis coarctantis. Vide

enim Magistratui hoc jus competeteret, quæ quæso confusio, quæ sævitia, quanta sanguinis fusio oritura esset in genere humano, bellum omnium contra omnes sic suscitatura? Ita & 7. prætextus charitatis vanus est, ubi pœnis, ubi suppliciis agitur in innocentes, in se illegitimis, ad mutantem eorum mentem ineptis. Nec 8. quadrant similia ægrorū, phrenetici &c. in dissentientes in religione, qui medicinam morbo suo, si quis sit, accommodam poscunt, hoc est, rationes, non verbera, queis, si quidem & hæretici sint, non sanantur, sed firmantur potius in errore, qui ex vi istâ præjudicium aduersus veritatem capit. Jam & 9. si causa est iusta, demonstranda est rationibus, non vi, ut talis agnoscatur, maximè, cum vim omnem respuat. Abscisso enim gangræna hæreticæ, id quod 9. notamus, argumentis fieri debet, quæ sola ad hoc malum quadrant. Nec 10. unquam vi, sed solâ instructione conversi fuere hæretici. Fides enim non in externâ confessione, quæ utique vi extorqueri potest, sed in persuasione intellectus consistit. Simulata conversio Deo displicer & religioni nocet. Unde nec 11. debellantur sic præjudicia, nec tollitur hæresis,

B

in

Vide librum, quem opposuit Bæliano, inscriptum: Des droits de deux souverains en matière de religion, la conscience & le Prince, pour détruire le dogme de l'indifférence des religions & de la tolérance universelle établie dans le Commentaire philosophique à Rotterdam 1687. 12. Scilicet ita ferè omnes, qui tolerantia adversantur. Hi enim conscientiæ erroneous nullum prorsus adscribunt jus, uti Papinius, cuius libros citavimus in introd. in hist. Theol. lit. P. 2. p. 20. 99. Nolim & hoc dicere, nullum errorem juris esse invincibilem, id quod ferè dixit El. Saurinus in acutissimo libro, quo & Bælium heic & Jurijæ refutatum ivit sub titulo: Reflexions sur les droits de la conscience, où l'on fait voir la différence entre les droits de la conscience éclairée & ceux de la conscience errante, on refute le Commentaire philosophique & le livre intitulé droits de deux souverains, & on marque les justes bonnes de la tolérance civile en matière de religion à Utrecht 1697. 8. Nolim denique dicere, conscientiam erroneous non esse conscientiam, quæ fuit mens Phil. Naudæ. Vide illius refutation du Commentaire philosophique à Berlin 1718 2. tomes, & recensionem libri dans le Journal littéraire T. 10. P. 2. p. 304. sqq. Sic disputari & posset, cum detur conscientia erroneous, nisi lis de voce fuisset, quæ in Belgio hanc in rem agitata est. Vide Witsii diss. epist. ad Huberum §. 87. sqq. p. 71. sqq. quæ & translata fuit in Miscell. sacra T. 2. exerc. 18. Ast velim heic contra Bælium & consuli Basnaglii traité de la conscience avec des reflexions sur le Commentaire philosophique T. 1. C. 3. 4. & Placetta traité de la Conscience L. 2. C. 10. p. 189. & de iure conscientiæ erroneous evolvi quoque Scholasticos, itemque ex Anglis Hammondum, ex Reformatis Amesium & ex nostris Hornejum, Dannhaerum, Osiandrum, Bechmannum, maximè Jägerum in tr. de conscientiâ p. 65. sqq.

in pectore semper latens. Nec si progressu temporis stabiatur, quod saltem per accidens, genuinis veritatem instillandi mediis succedentibus, sit, id, quod iniquum in se est, æquum redditur. Sic nec 12. similia de ovibus errantibus, servis & liberis immorigeris virgâ & baculo castigandis huc quadrant, cùm illis quidem hæc castigatio sit accommodata ad easdem in viam reducendas, his etiam ad vitia eorum debellanda & ad faciendum juxta conscientiam rectam, quod licet, non item ad tollendos ex illorum intellectu errores. Errat itaque hic virga & baculus, maximè 13. si ipse in errorum cubes luto, quod urplurimum fieri videoas in persecutoribus. Imò 14. confirmantur sic in errore, quod jam insinuavimus, heretici, qui erroribus suis poenas vident opponi, deficientibus rationibus, quæ solæ emendant. Jam & 15. argumentum à latronibus, furibus, lupis, quales vocuntur heretici, desumtum miserè claudicat. Ita & in scripturis sacris tyrannici Magistratus & duri Patresfamilias comparantur vulpibus, lupis, leonibus, queis infidiae struuntur, ut interficiantur Ez. XXII. 27. Zeph. III. 3. Zach. XI. 3. Ecclesiastici IV. 35. Luc. XIII. 32. 2. Tim. IV. 17. Itane ergò & hi occidendi? Ita & Apostoli serpentibus comparantur Matth. X. 16. Simile non extendendum est ultra tertium. Et, quales sunt fures, latrones, lupi, talia & debent esse arma, queis feriantur. Sed spirituales illi sunt, ergò & spiritualis medicina heic adhibenda. Taceo, eos à Christo dici fures & latrones, qui in ministerium Ecclesiæ per casus obliquos ingerunt, uti e. g. simoniaci. Itane ergò & hi occidendi? Nec 16. blasphemus ille dici potest Christumque persequi, qui bonâ fide, non persuasus aliter, à receptâ dissentit religione, prout nec hic, qui receptam tenet religionem, talis alteri videri debet, maximè, si confiteatur Christum uterque veraque Ecclesiæ putet se addictum esse. Illam enim Ecclesiam, à quâ dissident, veram Christi sponsam esse non putat. Etsi enim veritas Ecclesiæ non dependeat ab opinione hominum, blasphemia tamen peccatum contra conscientiam est. Ad objectionem 17. infra* datâ operâ respondebitus. Jam & si 18. conscientia hereticorum erronea sit ex errore vincibili, cur non vincitur rationibus, quæ solæ heic vincunt? Si hæc non vicerint, quâ vincet vis, ad intellectum, qui cogi nescit, vincendum inepta? De voluntatis verò pertinaciâ, quæ sanè hic maximè dubia est, profectò solus is judicare aptus est, qui est scrutator cordium. Nec, uti jam diximus, pertinaciam in heresi punire Magistratus est. Alter res sese habet, quando conscientia erronea militat contra officia practica, queis obligatur Magistratus.

* p. 14. sqq.

strati subditus. Heic enim impudè non errat, errat enim cum pernicie civitatis, nec bonâ quoque fide errat, sed prætexit saltem errorem. Quod 19. excommunicationem attinet, quæ est sejunctio à cœtu ecclesiastico, in sano sensu ne poena quidem illa est. Et si sic, spiritualis saltem est, quæ cum corporali in nepte comparatur, utpote aliis generis. Taceo, excommunicationem hæretico date adhuc tempus resipiscendi, supplicia non item. Nimirum & hoc argumentum probat: Excommunicantur &, qui non sunt hæretici. Itane & hi occidendi? Jam 20. falsum est, reformationem Ecclesiæ vi factam. Ubicunque poenæ in dissentientes adhibitæ, ibi male adhibitæ, nisi quidem turbat illam contumaciam. Igitur placita conati dissentientes fuerint, vel contra eundem insurrexerint. Ita legitimè Anabaptistas ob rebellionem punitos fuisse pater. Argumentum 21. à legibus divinis istis petitum evanescit, si consideraverimus, delictum falsorum Prophetatum & idololatrarum in populo Israëlitico fuisse civile, utpote à legitimè Magistratu suo, qui Deus erat, in statu isto theocratico deficientium, ex quo ipso pater, legem hanc forensem esse, solis Judæis latam, adeoque in N. T. ubi nulla forma theocratica obtinet, abrogatam. Taceo immanem differentiam inter idololatras rebellès contra propriam conscientiam ex animi malitiâ agentes & hæreticos, qui bonâ fide errant nec contra lumen naturæ errant, ut idololatæ. Quicquid & 22. Mosés, Joshua, Regesque Israëlitici & Prophetæ fecere, fecere ex istarum legum vigore, ex instinctu vel jussu divino immediato. Ita & Nabuchodonosor, cuius quidem factum ne quidem opus est, ut defendam, blasphemos saltem subjecit poenæ capitali, & Artasasta poenam saltem dictavit iis, qui mandatum suum de non vexandis Judæis transgressuti essent. Taceo, excidium Cananæorum nimium heic probare. Itane ergo licet, gentes alias, nobis haud subjectas, ob infidelitatem interfectioni date & quidem sine præcedente ullâ instructione? Ad 23. facilis est responsio, Christum nec implorare vim Magistratus nec implorandam à suis unquam voluisse, cùm contrarium statuerit Matth. XXVI. 52. 53. Joh. XVIII. 36. In objectione 24. male numularii isti comparantur cum hereticis, eorum delictum, quod erat civile, cùm heresi, flagellum & ejusq; è templo cum poenis & suppliciis, male & à Christo concluditum ad Magistratum politicum, cùm & Zelotarum (n), si quod fuit, jus evanuerit, nec ad-

(n) Vide contra Seldenum Saldenum in otiis Theol. L. 4. Ex. 1. & contra Saldeum Budæum in diss. de jure Zelotarum in gente Ebrea. Notandum verò, jus.

versus haeresin valuerit, nec denique Magistratui politico idem jus, quod Christi, summi Judicis est, competere possit. Christus igne perdidit impiam Hierosolymam. Itane ergo Magistratus in quosvis impios igne possunt animadvertere? Quod 25. Petrum & Paulum attinet, ex immediato instinctu, ex immediata virtute divinâ illis concretâ egere illi, immo Deus puniit immediate Ananiam, Sapphiram & Elymam, qui omnes haereticici non fuere sed flagitosi. Nec incestuosus ille Corinthius haereticus fuit sed peccator in legem naturæ. Nec traditio Satanæ pœna civilis sed spiritualis est, quaë Magistratui haud competit. Ita & excidium & ultio 2. Cor. X. 6. Gal. V. 12. non corporalis sed spiritualis est, uti & 26. Apoc. II. 2. toleratio saltem spiritualis prohibetur & 2. Joh. X. familiaris cum haereticis conversatio. At verò nimium probant hæc argumenta. Apostoli erant personæ privatae. Itane & his licet occidere & punire haereticos? Paœta autem haereticis haud servanda esse 27. pessimè dicitur. Itane ergo jure suo, quo gaudent, ut homines, excidunt haeretici? Itane ergo paœta non servanda sunt infidelibus? Adjecta ratio misera est. Fidem Deo datam violent omnes impii. Itane & his paœta non sunt servanda? Sed ais, irrita saltem esse paœta cum haereticis facta de libero religionis exercitio iisdem concedendo, maximè, si vi extorta sint & armis. Posteriorius planè non stringit, si successerit liber & solennis consensus, quo vis purgatur. Sic omnis pax in detrimentum unius partis facta pro lubitu ab illâ posset frangi, ut vi extorta. Nec prius quoque. Cur enim, si illicitum erat, concedere exercitium religionis, fides fuit data, ut pro arbitrio falleretur? Hæcne bonam fidem decent? Cur, si hoc illicitum est, Synagogæ conceduntur Iudeis? Et sanè paœtum cum Gibeonitis licet horum dolofactum haud rescidit Josua Jos. IX. licet & Gibeonitæ partem facerent Canaanorum excidendorum. At ais, haereticis non licet concedere religionis exercitium, quia hi filii sunt rebelles & deficiunt contra fidem datum ab Ecclesiâ. Responsio, falsum esse suppositum. Nunquam illi fidem dederant Ecclesiæ absolutam, sed hypotheticam, quamdui fidem Ecclesiæ credituri essent veram. Quâ ratione positâ Ecclesiæ fides fuit data, eadem cessante cessabat & ipsa. Nec rebellio spiritualis, si quidem rebellio est, vim paœti civilis enervat, nunquam, si istud valeat principium,

ineundi

jus hoc privatis competuisse ex lege, non quidem divinâ, sed politicâ Iudaicâ. Unde & Christus, si ex hoc jure egit, ut privatus, irreprehensibilis & ex lege erat.

ineundi cum ejusmodi rebellibus. Scilicet media saltem spiritualia valent aduersus ejusmodi rebelles, si tales quidem sint. Sed urges, Magistratum, qui pravæ religionis exercitium concedat, vel toleret, in Deum & Ecclesiam injurium esse & sic in partem venire culpæ. Non permittenda esse crimina. Ast malè supponitur, errorem in fide crimen esse, malè, Magistratui decisionem competere de veritate religionis, illiusque curam, ut tali, vel judicium in conscientias, malè, exclusionem errantium ex civitate, quaë subinde reipublicæ nocet, ad veram religionem promovendam necessariam esse, malè, redundare sic culpam in Magistratum, qui errantem religionem tolerat, quam falsam esse profitetur, cum Christus eradicationem Zizaniorum suo judicio & quidem extremo reservaverit, ne subinde & in veram religionem sub hoc prætextu sœviatur (o). Taceo, si expellantur errantes, perperam sic ipsorum saluti prospici, cum hâc ratione prædictatur potius eorum conversio. Exempla Imperatorum Christianorum legesque ab his contra Gentiles & haereticos latas vimque iis injectam, uti & autoritates Patrum & Pontificum non moramur. Primò enim heic non exemplis & autoritate standum, sed legibus, sed justitiâ. Secundò Magistratus rectè tempora idololatrica destruit religionemque lumini naturæ repugnantem, modò non mortem infligat idololatriis, quorum potius promovenda conversio (p). Tertiò rectè puniti fuere isti haeretici, quia pacem turbârunt publicam, limites tolerantiae supergressi, ipsi in orthodoxos sœvientes. Quartò Patres vetustiores pro nobis aperte militant, quidam & Pontifices (q). De elenchis verbalibus, durioribus illis, hoc adjicimus. Primò perperam in dissentientes vibrantur anathemata. Nullius Ecclesiæ est, damnare alteram. Ecclesiæ inter se tanquam Republicæ liberae sunt considerandæ, ubi una alteri leges ferre pœnasque dictare nequit. Ridiculum hoc est. Quævis ut suo jure alteram uti frui permittat, par est. Est tamen, ubi una alteri bellum faciat. Bella & hâc permittimus inter dissentientes Ecclesiæ, sed incruenta, sed literaria, sed Theologica, ubi rationibus, ubi debitâ modestiâ, ubi veritatis demonstratione, ubi gladio & virtute Spiritus S. pugnetur, charitate linguis

B 3

(o) Vide Pufendorfium de hab. sel. Christ. ad vitam civ. §. 49. 50.

(p) Mirum, adversari heic Noodium, qui in oratione p. 15. 16. citandâ idolatriam putat esse tolerandam.

(q) Vide beati Parentis nostri dogmata Protestantium ex Jure Canonico comprobata th. 91. 93.

guas calamosque dirigente. Exulet h̄c Z̄lus imprudens, odium, persecutiois genius, affectus mali omnes, contemtus, infames tituli. Sed aīs, Christum & Johannem Baptistam Phariseos vocasse cæcos, stultos, hypocritas, sepulchra dealbata, progeniem viperarum, serpentes, lupos, Matth. III. 7. XXIII. 8. filios Diaboli Joh. VIII. 44. uti & Elymam Paulus talem dixerit Act. XIII. 10. & falsos Apostolos vocārit canes Phil. III. 2. Ita & Johannem Judæos mendaces appellasse I. Joh. II. 22. Respondeo, & h̄c valerē vulgatum illud: *Duo cum faciunt idem, non est idem.* (r) Christus ut Judge summus ista prolocutus est, ut scrutator Cordium, Apostoli pro autoritate Apostolicâ, ex immediatâ Spiritu S. inspiratione. Nobis, queis privilegia illa non competit, ex utrâque parte civilitatis iunctæ sunt regulæ, quas migrare nefas est. Ægrè patiuuntur dissentientes, & h̄c in ipsos jaci dictoria. Itaque, quod sibi nolunt fieri, ne faciant & aliis (s). Sic verò jam satis bonam causam defendimus. (t)

S. 6.

Nec tamen velim, omnibus sectariis januam aperiri ad virus suum in Ecclesiam effundendum & disseminandum, adeoque nec locum ipsi in civitate dari permittique publicum cultus pravi exercitium, eti, ubi, mediantibus pactis, recepti sunt olim, jus, quo gaudent, ipsi adimen-

(r) Ita Magistratui, ita parentibus, ita dominis in subditos, libertos, servos duriora licet dicere verba. Sed num tibi & hoc licet, cui ideam ius non est? Liceat h̄c apponere verba Ciceronis in Vatinium, que tamen applicatione ullâ, non nisi ad regulam istam, quam damus, illustrandam. Ita verò ille Si violentior aliquâ in re C. Casar fuisset, si eum magnitudo contentions, fiduum gloria, prestans animus, excellens nobilitas aliquo impulsisset, quid in illi Viro & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, oblitanum, id tu tibi, furcifer, sumes, & Vatinii latronis ac sacrilegi vox audiatur hoc postulantis, ut idem sibi concedatur, quod Casari?

(s) Conferri h̄c prorsus merentur, quæ sapienter & judiciosè scriptis Bælius dans les nouvelles lettres au sujet de la Critique Generale de l'histoire du Calvinisme du P. Mainbourg T. I. lettre 6. p. 148. sqq. Sed & dijudicari hinc velim, quæ de elenco doctrinali inter Rev. Marpergerum & Neumeisterum ante aliquot annos fuere disputata.

(t) Opera pretium est, legere, quæ tum pro tum contra coactionem religionis disputata fuere in congressu pacificationis Westphalicæ apud Pfannerum in historia pacis Westphalicæ L. 5. §. 42. 43.

adimendum haud sit. (u) Distinguimus & sectas vel errores. Atheos nolim recipi unquam vel tolerari, nisi spes affulgeat conversionis. Etsi enim Republicæ aliquando minus noceant, ac superstitionis gens, quæ flammis, ferro, vinculis, carcere, odio internecino in dissentientes tota sœvit,

(u) Pater ergò, nos limites tolerantiae religionum ponere, contra Atheos & maximè Spinosam, Deistas, & ex his maximè Tolandom & Collinum, Socinianos, ex his maximè Junium Brutum sive Jo. Crellium & Seizium, Remonstrantes, & ex his maximè Verlaeum & Clericum, Anglos quā plurimos & ex his maximè Lockium & Tyndallum, Reformatos, ex quibus quidem Beza de hæreticis à civili Magistratu punieandis in alterum & quidem gravem excessum lapl̄us est, Martini Bellii farraginem de hæreticis impugnaturus, & inter hos maximè Noodtium & Bælium, quo nemo est, qui fūsus heic & majore operâ scriperit in libello supra p. 8. citato, cuius duas partes primâ primum prodire A. 1686. 12. sub titulo: Traduit de l'Anglois du S. Jean Fox de Bruggs par M. J. F. à Cantorbery & se trouve à Amsterdam, pars tertia prodiit ibidem & pars quarta Hamburgi, utraque A. 1688. 12. In parte tertia Augustinus maximè refutatur. Primus, qui aduersus Bælium datâ operâ strinxit calamum, fuit Juriæus, qui verò & tolerantiae limites nimis coarctat. Vide supra p. 8. 9. Adde ipsius Tableau du Socinianisme ep. 7. p. 212. sqq. Huic tantisper respondit Bælius in præfatione partis quartæ. Secundus fuit Sauripus. Vide itidem supra p. 9. Sed vellem, ut Viro acuto respondisset Bælius. Tertius fuit Naudæus. Vide rursus supra p. 9. Cæterum vix fassus unquam Bælius est, se libri autorem esse. Vid. Lettres de Mr. Bayle T. I. p. 238. T. 2. p. 801. 802. 856. & add. l'elogie de M. Bayle par Mr. de Beauval p. 39. itemque la vie de Mr. Bayle par Mr. des Maizeaux f. 35. Nova commentarii hujus philosophici editio prodiit Roterodami A. 1713. 12. contra quam quid monuerint Geneveses, vide dans l'histoire critique de la République des lettres T. 6. p. 229. sqq. & dans l'histoire de la vie de Mr. Bayle & de ses ouvrages par Mr. de la Monnoye p. 363. sqq. ubi exstat hanc in rem lettere écrite de Genève. Cæterum de tolerantia velim & conferri ill. Boehmeri diss. de tolerantia, Halæ Magd. A. 1726. editam, itemque tractatus von der Toleranz und Gewissens-Freyheit Hamburgi & Lipsiæ A. 1728. 8. in unum fasciculum fusos, ubi I. examinatur dissertatio Boehmeriana. II. exhibetur anonymi Responsion Theologicum de his questionibus: 1. Was eine Obrigkeit zu Recht ihres Gewissens bey ihren Unterthancen, so anderer Religion sind, zugun habe? 2. Ob in Religions-Sachen einige Gewalt gebraucht und die Freyheit der Gewissen gekränckt werden darf? 3. Ob die in solchen Sachen auffgerichtete Verträge, Zusagungen und Eydenschwüre verbindlich seyen? Autorem esse Spenerum liquet ex Theol. Bedenck. T. 3. p. 730. & Consil. Theol. lat. P. 2. p. 77. 78. III. Gerhardi Noodt Oratio de religione ab imperio jure gentium liberâ Lugd. Bat. 1706. 4. edita & à Batbeyracie deinceps Gallicè versâ & notis suis aucta

sævit, & duplex imperium agnoscit, civile & sacrum, religionem tamen omnem, quæ præstantissimum statū politici fulcrum est, p̄fundat Athēismus (x). Ita &c, si quæ religio sit, cuius principia Republicæ nocent illiusque juribus, juribus & Magistratus, nolim illam tolerari, nisi freno magno injecto, quod impedit, ne prava principia deducat in praxin, tam nocivam. Ita nec Deistis, Arianis, Socinianis, Fanaticis, ita nec Ju-dæis januam civitatis facile aperiendam existimaverim, et si his Synagogis quoque permittant subinde, queis principium tolerantiae tantoperè alijs displiceret (y). Non faciendum hoc, nisi summa inde in Rempublicam dimanet utilitas, faciendum & cum iis restrictionibus, queis par est. Alijs denegari poterit civitatis jus, imò &c, si pacta minus obstant, tolli, & honesta illis, quorum secta civitati scandalum est, injungi emigratio, præfixo temporis termino, quo commodè & sine suo damno emigrare possint (z). Nulla h̄ic conscientiæ vis fit, sed denegatur saltem beneficium indebitum, cuius concessio in libero Magistratus arbitrio sita est (aa). Si refragentur, si disseminent cultum & sententias

pravas

aucta Amsterdam 1707. 8. heic verò in linguam Germanicam fusa. IV. Jo. Lockii epistola de tolerantia Goudæ 1698. 12. edita, quæ postquam in idioma Anglicanum versa esset & impetrata, nova deinceps epistolæ defensa fuit. Vid. Bibliotheca Universitatis T. 15. p. 402. sqq. T. 19. p. 402. sqq. Successit versio Gallica. Vid. Ies œuvres diverses de Mr. Locke Rotterdam 1710. 8. p. 1. sqq. Heic epistolæ versio Germanica habetur. V. Jo. Christiani Seizii Vorstellung von dem Recht und Macht der Obrigkeit in Religions- und Kirchen-Dingen. VI. Anonymi libellus de tolerantia ex Anglica origine versus. Adde primit. nostras Tubing. P. 2. p. 94. sqq. & introd. in hist. Theol. lit. P. 2. p. 20.

(x) Patet hinc, quæ nostra mens sit de Atheismi ad Rempublicam habitu, & quā vel affirmemus vel negemus, Atheismum superstitione deteriore esse. Constat, quid contra Bælium & Wolfium hic scriptum fuerit. Vide Fabri-cium de Scriptoribus de veritate Relig. Christ. p. 337. sqq.

(y) Mirum est, Pontificios existimare, melior heic conditio Judæorum ut sit quam hæreticorum, par esse. Ast argumenta eorum retudit Thummius de hæreticis non occidendis sed coërcendis p. 52. sqq.

(z) Vide h̄ic prorsus Thomasium im Fürsten-Recht p. 200. sqq.

(aa) De hoc utique disquiri posset & quāris? num innocens ad emigrationem possit cogi? Relegatio & exilium violentum hoc est, quod diffamar. Sed vide h̄ic Pufendorfium de jure nat. & gent. L. 8. C. 11. §. 6. Deckherrum Consult. for. L. 1. P. 1. c. 35. n. 27. sqq. Stryckium in diss. de resignatione juris civitatis c. 1. §. 32. & Beckium in diss. de eo, quod justum est circa emigrationem ciuium religionis causâ factam §. 12. sqq. 11. sqq.

pravas, si limites præscriptos migrant, migrant leges civiles easque legitimas, id quod impunè non licet. Tunc enim vi & poenis coërceri quoque èque civitate ejici possunt, qui civiliter peccant (bb).

§. 7.

De emigratione, sed honestâ quæ diximus, viam nobis sternunt ad movendam quæstionem, num & vigore pacis Osnabrugensis Magistratu in Imperio Germanico liceat, emigrationem injungere subditis, qui exercitio religionis, quam profitentur, anno decretorio 1624. non fuere gavis. Casus Evangelicorum Salzburgensium, qui nuper patriâ suâ ob religionis Evangelicæ professionem expulsi fuere (cc), eadem fata subeuntium, quæ & A. 1684. incolas vallis Teßereck afflxere (dd), occasionem nobis præbet, paucis sensum instrumenti pacis h̄ic evolvendi. Textus h̄ic pertinentes habentur art. 5. §. 34. 36. 37. ubi in primo quidem dicitur, subditos, qui A. 1624. nullum religionis suæ exercitium habuerint, patienter tolerandos esse, ut conscientiâ liberâ domi devotione sua sine inquisitione aut turbatione privatim vacent, in viciniâ vero, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio interfici, vel liberos suos exteris sua religionis scholis, aut privatis domi præceptoribus committant, interim tamen nullis turbationibus ab illis anfam prebendam esse. Hisce contraria esse videntur sequentia §. 36. Quod si verò subditus, qui nec publicum nec privatum sua religionis exercitum A. 1624. habuit, vel etiam, qui post publicatam pacem religionem mutabit, suâ sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domino iussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut

alic-

(bb) Vide Pufendorfium de habitu rel. Christ. ad vitam civ. §. 49. p. 231.

(cc) Non hoc est compellere ad intrandum, ut textus noster dicit, sed ad emigrandum, quod num suadente conscientiâ fieri possit à Catholicis, quæritur, cum sic animus de reducendis ad Ecclesiam hæreticis deponatur.

(dd) Conferri h̄ic debet die über hundert Jahren unsichtbar gevvesene, nunmehr aber nach deren Entdeckung zerstreute Evangelische Teßerecker-Thal-Kirche in des Ätz-Stifts Salzburg Pflege Windisch Matterey, zusammen getragen von Gottfrid Wahrlieben. Prodiit A. 1688. 4. & inserta fuit h̄ec relat o cum actis omnibus, dignissimis lectu, Lehmanno supplerō & continuato f. 761. sqq. Addit Acta publica Londorpia T. 12. L. 13. c. 119. f. 478. 480. 491. T. 13. L. 14. c. 4. f. 41. sqq. c. 40. f. 501. sqq. T. 14. L. 15. c. 16. f. 425. sqq. T. 16. L. 17. c. 3. f. 75. L. 18. c. 5. f. 372. 373. T. 17. L. 20. c. 13. f. 410. sqq. Sederant tūm Salisburgi Archiepiscopi Maximilianus Gandolphus, Comes Käuburgensis & Jo. Ernestus, Comes Thunensis. Jam, cum ante aliquot annos Francisco Antonio, Comiti de Harrach, successisset Leopoldus Antonius Eleutherius, Baro Firmianus, Tirolensis, jam inde ab A. 1702. Canonicus Salisb. nuperrimè is Evangelicos terris suis expellere coepit. Vid. cel. Moseri Acten-mäßiger Bericht von der Salzburgischen Verfolgung, cuius tres jam tomi extant.

alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda liberè & sine literis commeatūs adire. Additur deinceps §. 37. sive voluntariè sive coacte emigrantibus, si tempore pacis Westphalicae alii religioni addicti fuere, terminum emigrationis non minorem quinquennio, illis vero, qui post pacem publicatam religionem mutent, non minorem triennio præfigendum esse, nec eos prægravandos denegatione testimoniorum vel decimationibus substantia secum exportata plus aquo extensis. Jam queritur, qui textus hi secum invicem conciliandi sint, num §. 36. ex §. 34. vel hic ex illo explicandus veniat, sive, num ob religionem Princeps injungere emigrationem subditis invitit possit, si illius exercitium A. 1624. haud habuerint, nec ne?

§. 8.

Dividuntur Doctores. Sunt, qui contradictionem haud gravatim fatentur authenticamque à summis pacientibus interpretationem explicantam esse ajunt (ee). Alii textus quovis modo conciliandos putant (ff). Qui putant, §. 34. ex §. 36. esse explicandum, ajunt, emigrationem imponi posse. Limitari vel exponi prius per posterius, quod priori deroget (gg). Postulare hoc jus reformandi, quo Principes fulgeant (hh). Non deterioris conditionis posse esse Principem, quam subditos, cum itaque his emigrandi potestas competit, invito quoque Principe, adeoque liberrima, Principi eandem potestatem emigrationem injungendi competere, invitit subditis (ii). Accedere, quod juxta §. 27. & 43. constituantur, subditos propter mutatam religionem saltem in terris antea oppignoratis & pendente territorii controversiâ ad emigrandum cogi non posse, quæ exceptiones ostendant, regulam hanc esse de emigratione necessariâ (kk). Cujus necessitas & ex eo pateat, quoniam emigrantibus certus præfigatur terminus, quo non esset opus, si emigratio esset voluntaria.

(ee) Vide Obrechtum ad instr. pacis p. 158.

(ff) Vide Correjum in observ. ad pacem relig. art. XI. §. 19. f. 251. Ad Deckherrum Consult. for. L. I. P. 1. c. 35. n. 37. sqq.

(gg) Vid. Deckherrus l. c. n. 35.

(hh) Ita Rhetius in instit. juris publ. Germ. L. 2. tit. 1. §. 27. 28. p. 333. 334. qui tamen alibi aliter. Ratio est nulla. Quæritur enim, num jus reformandi hic sit restrictum, nec ne?

(ii) Ita Catholici apud Correjum l. c. §. 12. f. 149. Ast patet, libertatem Magistratus heic utique in instrumento pacis restrictam esse, non tam subditorum & religionis, pro quâ pugnatum fuit.

(kk) Ita cl. Zechius in mediis. de jure reformandi p. 242. Sed reponi potest, gratia supponi, istas exceptiones esse à regulâ. Dixerit aliis, esse exempla regulae de emigratione voluntaria.

voluntaria (ll). Jam & ajunt, Principem sine causâ quoque subdito, qui ipsi sit incommodus, emigrationem honestam posse decernere (mm). Maximè verò provocant, queis hæc sententia est, ad historiam & acta pacis Westphalicæ, ex quibus pateat, Catholicis emigrandi necessitatem urgentibus vel tandem cessisse nostros, & terminos saltem emigrationis obtinuisse (nn), quicquid & hic contradixerit Lampadius (oo) & in favorem Evangelicorum posuerit Trautmansdorfius (pp), cuius cogitata Viennæ fuerint heic rejecta penitus (qq). Itaque ergo duos istos §§. ita conciliandos esse, ut dicatur, tolerandos esse, si Princeps quidem eos tolerare velit (rr) & nisi emigare illos jussit idem (ss). Fateor, hanc conciliationem ne minimam quidem probabilitatis habere speciem. Quid enim hoc est, tolerandos esse patienter, nisi id nolis, & malis potius, emigrationem injungere? Hæc concoqui non possunt, etiæ gravissimi Viri hanc sententiam teneant (tt). Qui nullum §. ex altero explicandum contendit

C. 2

Hey-

(ll) Ita Buckisch ad instrumentum pacis p. 244. & Thomasius im Fürsten-Recht p. 204. Fateor, hanc exceptionem esse speciosam. Sed evanescit species, si consideraverimus, & sponte emigrantibus terminos præfigi §. 36. Scilicet, si quis semel voluerit emigrare mentemque declarat suam, emigrare debet, uti &, qui ob turbas datas vel alias rationes stringentes jubetur, sed tamen cum beneficio termini ad hoc vel illud tempus protogandi.

(mm) Vide supra p. 16. Sed si ita, libertas hæc restricta fuit per instrumentum pacis.

(nn) Vide Pufendorfium rerum Suecarum L. 20. §. 89. lqq. f. 813. 814.

(oo) Ita quippe ille, referente Pufendorfio l. c. §. 89. f. 813, inter alia: Si Catholicico Magistratui potestas concedatur, Evangelicos expellendi, eorumque sacra abolendi, Apostolos ac Martyres universos infamiam notatum iri, quippe cum ejusmodi potestate admissa ibi ob denegatum Magistratui obsequium merita penas velut malefici dederint.

(pp) Cum enim Succi in Instr. pacis Osnabrugæ A. 1647. die 14. April. exhibito art. 16 §. 11. lqq. omnimodam emigrandi libertatem sanxerint, Trautmansdorfius in projecto pacis ultimo Calfarco art. 12. illos, qui tempore pacis diuersam à Domino territorii religionem habeant, simpliciter tolerandos, iis vero, qui post pacem religionem mutaturi essent, emigrationem imponi posse, sed cum præfixo termino decennali, & addito deinceps quinquenalii adhuc sed peremtorio, statuit. Vide editionem ab Hoffmanno in illustr. ad pacem Westphal. T. 2. datam p. 96. 128.

(qq) Verba dedit Deckherr. l. c. n. 18. *Diesen Articul verwerfen wir ganzlich.* Sed quicquid hujus sit, cedere tamen postea coacti fuere Pontificii, uti mox videbimus.

(rr) Ita Blumius in processu camerali tit. 28. n. 44. p. 157. 158. itemque Hoffmannus in der Vorstellung der Religions-Beschwerden c. I. p. 12.

(ss) Ita Schützius in manuali pacifico qu. 11. & Henniges in medit. ad instr. pacis p. 514. lqq. 526. lqq. ut alios taceamus. Ad stipulatur sane huic sententiae & cel. Beckius in diss. supra p. 16. citata §. 46. 47. p. 45. 46.

(tt) Præter modò laudatos Fritschius de jur. publ. P. 2. exere. 4. th. 15. Simon in praefatio

Heydenus Borromeus Riccruntus sive Hieronymus Brücknerus, ait, illos saltē tolerandos dici, qui diversam à Domino territoriū religionem tenuerint tempore pacificationis, illis verò emigrationem injungi posse, qui post factam pacem religionem mutaverint (uu). Hæc conciliatio sanè utriusque §§. & 34. & 36. adversatur. In utroque enim nominantur utriusque. Qui denique putant, §. 36. ex §. 34. explicandum, in duas abeunt partes, et si utriusque sentiant, emigrationem voluntariam, non necessariam esse. Sunt, qui dicunt, illis saltē juxta §. 36. injungendam emigrationem, qui juxta ultima verba §. 34. turbationibus ansam præbeant atque devotionem suam privatam extendant nimis ad privatum usque religionis exercitium. Et sic sanè non malè conciliari videtur textus. Nam I. verba de toleratione §. 34. sunt clarissima. Si tolerandi, non injungenda est emigratio. Ast II. injungi emigratio potest, si ii, qui qui privilegium manendi habent, turbationibus ansam præbeant. III. Qui sic tolerantur, eò minùs ad emigrationem possunt cogi, quia ad omnia cæterorum civium jura admituntur §. 35. IV. Favor Instr. pacis militat etiam pro iis, qui turbationibus ansam præbent & emigrare coguntur, quod terminus fatis laxus illis præfigitur. Itaque toleratio eorum, qui nullam turbationibus ansam præbeat, limitationem non admittit. Sententiae hujus fautores infra damus (xx). Sunt &, qui putant, illis saltē, qui declaraverint, fe emigraturos, postea verò emigrare detrectent, necessitatem emigrandi §. 36. 37. imponi cum terminis annexis, nullum enim hīc pœnitentia esse locum, eandemque emigrandi necessitatem & eos ferire, queis per connubia aut hereditates vel alia ratione in terris aliena Religionis bona obvenerint, quæ inhabitare cupiant (yy). Jā & hi ad historiam & acta pacificationis Westphalicæ pro-

sidio academicō T. 2. diss. 17. th. 3. p. 633. sqq. Seckendorf. im deutschen Fürstenstat P. 2. c. 15. n. 3. sqq. de Jena de ratione statū diss. 22. concl. 1. Lyncker. in diss. de eo, quod justum est circa personas diversarū religionis part. spec. sect. 1. §. 12. & in diss. de super. faciat. §. 12. ita inque in analēctis ad Schyvereder Jus publ. part. gen. c. 3. §. 23. & parte spec. sect. 2. c. 12. §. 3. Boehmer. in jure eccl. Prot. T. 1. L. 1. tit. 1. §. 89. 90. p. 80. sqq. anonymous autor im Unground des Simultanei s. bat alio, ut alios jam raceamus. (uu) ad Schützii manuale qu. 1. 1.

(xx) Myler ab Ehrenbach de jure Principum Imperii c. 85. §. 6. p. 739. 740 Knipschild de civit. Imp. L. 2. c. 3. n. 165. qui tamē necessariam emigrationem male & ad præcedens delictum refert, cui illa suo iure imponi alio potest, Rhetius in diss. jur. publ. diss. de jure statuum Imp. circa sacra c. 4. p. 78. sqq. Stryckius in diss. de resignatione juris civitatis c. 1. §. 33. & de viā facti Principibus Imperii permisā c. 3. §. 17. p. 67. & Hildebrandus in diss. de anno decretorio 1624. c. 3. §. 4. p. 42. sqq. ut alios raceamus. Adde consil. Fac. Jurid. Hal. ap. Boehmer. l. e p. 81. sqq. (yy) Ita Cortrejus in Obs. ad pacem relig. art. XI. f. 226. sqq. & Praunius in diss. in aug. de beneficio emigrandi ob religionem Altiorum A. 1714. habitā §. 33. p. 35.

provocant (zz). Nos existimamus, sensum I. P. hunc esse, omnino patienter esse tolerandos subditos à religione Domini alienos, qui exercitum A. 1624. haud habuerint, si tamen ex variis prætextibus, quos facilè sit adinvenire [aaa]. Dominus contra tenorem pacis illis emigrationem injunxerit, præfigendos tamen esse terminos, patetque adeo ad oculum, §. 34. Protestantibus, §. 36. verò & statutam ibi emigrationis iussionem Catholicis deberi. At verò de hoc argumento ante pacem Westphalicam ex pace religiosā jam disputatum est in utramque partem, id quod non opus est, pluribus hic referre [bbb]. Ex hisce judicare est, num coacta ista emigratio Salisburgensium, sive quæ anno 1684. 1685. contigit, sive præsens, num & emigratio illa Evangelicorum Berchtoldsgadensium [ccc] in mediis terris Salisb. sitorum conformis sit instrumento pacis, maximè, si consideres, emigrationis terminis in I. P. positis illos prorsus privatos fuisse, adeoque beneficium emigrationis in exilium cum jacturâ bonorum fuisse transmutatum. At jungi heic possunt & quæstiones agnatae aliæ: num §. 34. ubi iis, qui tolerantur, permititur devotio privata, & publicum religionis exercitium in locis vicinis, permittatur & privatum [ddd]? Quodnam jus in contumacem, qui, elapsò emigrandi termino, haud emigraverit, competit Domino [eee]? Num & tolerandi sint diu jam tolerati, qualis est Salisburgensium casus [fff], maximè si pactum vel expressum vel tacitum cum subditis intercesserit [ggg].

C 3

Num

(zz) Vide Cortrej. l. c. §. 11. sqq. f. 249. sqq. ubi ex actis publ. hoc satis probabiliter deducit. Jam enim 1. ostendit, Protestantes Catholicis, cū de pace tractaretur, semper contradixisse, emigrationem necessariam urgentibus, & 2. de casu eorum, qui primò ad emigrationem ipsi sese obtulerint, postea illam detrectent, re vera fuisse actum, illisque emigrationem injungendam esse, statutum fuisse.

(aaa) Ita sanè Plenipotentiarii Cæsarei apud Londorpium T. 6. L. 3. c. 165. f. 267. ubi: daß, wo man auf dergleichen mißgläubende Personen ein wachsames Aug haben wolle, hunderterley Gelegenheiten nicht ermangeln werden, ihnen dergleichen Eigenvilligkeit zu beschneiden, einzufrieren, und sogar ohne Zuwartung des langen Fersins aus dem Land zu schaffen. Add. Pufendorfius rerum Suec. L. 19. §. 127. & Pfannerus in historiā pacis Westphalicæ L. IV. §. 39. p. 456.

(bbb) Magnus controvertentium ex utrāque parte numerus heic dari posset. Sed in stat omnium esto Cranius in diss. de constitutione religionis A. 1555. promulgata P. 2. probl. 1. sqq. Adde tamen Cortrejum ad pacem relig. art. XI. f. 225. sqq.

(ccc) Vide Struvii Historie der Religions-Beschwerden P. 2. p. 315. sqq. f. 43. §. 14.

(ddd) Confer hīc Schützium in manuali pacifico qu. 11. & 12. sed cum noris Riccrunti. Differit utique de virtute ab exercitio privato, quod conciones & administrationem sacrorum includit, secus prior. Alia est libertas personæ, alia exercitii religionis. Vide Fritschium ad J. P. p. 484.

(eee) Vide hanc quæstionem translatam à Deckherro l. c. n. 12. Schützio in man. pac. qu. 11. & Buckischio obs. 94. (fff) Vide cl. Zechium l. c. p. 245. sqq. (ggg) Vide eundem l. c.

Num istis pactis teneantur & successores [bbb] ? Num in ejusmodi casibus, ubi vis sit subditis, his competit jus prohibendi [iii] ? Num contra statum anni decretorii, mediante subditorum consensu, mutari possit religio [kkk] ? Num introduci possit nova religio contra statum anni decretorii, ubi per dolum novi Domini subditis prioris religionis successu temporis demortuis surrogati sensim sensimque fuere cives novae religionis, ut tandem tota Ecclesia ex novae religioni addictis constaret ? Num, si dimidia saltem pars novae religioni, quæ A. 1624. non obtinuit, addicta sit, simultaneum introduci possit ? Num in ejusmodi casibus ab alio Successore ejus religionis, quæ in anno obtinuit decretorio, cogi possint omnes subditi novae religionis ad emigrationem & redintegrari reformatio juxta anni decretorii statum [lll] ? Num pacta post pacem Westphalicam de innovanda religione e. g. simultaneo introducendo inter Dominos territoriorum, quæ permutant illi, valida sint, contra statum anni decretorii vel cum vel sine consensu, expresso vel tacito subditorum [mmm] ? Num Dominus territorii religionem quoque novam in terras suas recipere possit, concedendo illi publicum religionis exercitium [nnn], vel religionem etiam aliam prater tres illas in Imperio Germanico receptas [ooo] ? Sed hæc

sufficiant.

(bbb) Vide eundem l.c. p. 248 sqq. (iii) Vide eundem l.c. p. 252, sqq. (kkk) Ita fand est, si consensus sit mutuus, juxta J. P. art. 5. §. 31. Vide cl. Zechium l. c. p. 144. sqq. 255. sqq. (lll) Vid. cel. Moseri Zufällige Gedancken vom Simultaneo p. 119. sqq. (mmm) Confer hic I. P. art. 5. §. 33, ubi de pactis antebat initis. Adde cl. Moserum l.c. p. 34. §. 88. (nnn) Vide autores de simultaneo, maximè libellum laudatum cel. Moseri. E.g. licetne, Reformatos è Gallia exules recipere iisque exercitum concedere religionis ? Quis dubitet ? Ast licetne & Evangelicos Catholico & Catholicos Evangelico vel utriusque suæ confortes religionis contra statum anni decretorii ita recipere, qui causas & in Reformatum Principem similiter quadrat. Confer Hildebrand. in disl. de anno decretorio p. 47. sqq. (ooo) Videtur negativa clavis etiam in Instr. pac. art. 7. §. 2. sub finem : *Prater religiones supranominatas nulla alia in sacro Rom. Imp. recipiatur vel toleretur.* Cur iraque tolerantur in Imperio Judæi & tolerandi sunt, ubi per pastora sunt recepti ? Cur tolerantur in Palatinatu alibique Anabaptistæ, Separatistæ, Fanatici ? Sunt, qui putent, heic saltem innui, nullam aliam religionem receptionem & tolerantiam prætendere posse, eti recipi possit & tolerari a Domino. Vide Riccruntum ad Schtizii man. qu. 6. Sed hoc siculneum est. Alii distinguunt inter religionem & personas, illam ejusque exercitum publicum haud posse recipi vel tolerari, benc has, si saltem priuatæ vident devotioni, aut, si exercitio religionis privato contenti sint, nec turbas dent, exclusi à privilegiis, queis ornata sunt religiones in Imperio receptæ. Ita ferè Henniges in med. ad I. P. p. 865. sqq. Alter idem de potestate Imperatoris circa sacra p. 301. sqq. Adde & heic Hildebrandum l.c. p. 50. 51.

COROLLARIA.

COROLLARIUM I. ad p. 11.

Opponi hic possent exempla Serveti, Valentini Gentilis, Jo. Sylvani, aliorum, quos constat igne & gladio ob hæresin anti-Trinitariam punitos. Ast primò quidem facta hæc particularia sunt, quæ Protestantum toti Ecclesiæ nequeunt objici. Non opus est, ista ut defendamus. Neque enim ob blasphemias in S. Trinitatem jactas condemnari isti ad supplicium poruere. Non enim credidere, dogma hoc esse revelatum, adedque eadem ipsorum ac Judæorum & Mahomedanorum fuit causa. Blasphemus opus est, ut contra conscientiam blasphemet, quæ formalis blasphemia ratio est. At Servetus & Atheus fuisse dicitur, sed Deum tamen ut tales, non blasphemavit. Sylvanus verò supplicium meruit ob conspirationem cum Turcis tentaram. Nec tamen & dissidente, Servetum & Gentilem ob convitia in SS. Trinitatem, jacta atque ob perjuria sua gravissimas pœnas meritos. Vide historiam Serveti & Val. Gentilis datam à recentioribus autoribus Hottingero, Boyenio, de la Roche, Moshemio, aliis. De Sylvano verò evolvendus est Struvius in der Pfälzischen Kirchen-Historie p. 214. sqq.

COROLL. II. ad p. 12.

Quæritur, num Pontificiis recte attribuatur sententia de fide non servandâ hæreticis. Existimo, recte illam tribui Pontificibus, qui subditos Principis hæretici à juramento fidelitatis eo ipso solutos statuerunt, conciliis idem decernentibus, maximè Constantiensi, quod Imp. Sigismundum existimavit haud obligatum fuisse fide Joanni Husso datâ, cum salvus, quem dederat, conductus judicem ipsius ecclesiasticum ligare non potuerit, quod minus in ipsum animadverteret, sed liberaverit saltem Hussum à vi injustâ abeuntem ad concilium vel illo abiturum, non à justitiae debitâ administratione, recte & illis autoribus, qui hanc thesin in terminis defendant, fidem hæreticis, maximè in causâ hærefoes datam illicitam esse adeoque nec servandam, Pontificemque jus habere absolutum relaxandi promissiones & juramenta. Sic Dillingenses in compositione pacis pacem religiosam exhibilârunt. Sic Innocentius X pacem Westphalicam, in præjudicium tertii, h. e. Ecclesie Romanae conclam, bullâ feriit, tanquam ipso facto nullam, magnâ Ponifciorum doctorum

doctorum cohorte eandem tibiam inflante ex eo quoque capite, quod coacta pax eo ipso invalida sit, & quod temporaria saltem ista, haud perpetua esse ex ipso I. P. cognoscatur. Vide hic prorsus Gethardi Confess. Cath. f. 297. sqq. Thummiū de bello p. 5. sqq. & B. Meissnerum in philos. sobriā p. 3. p. 281. sqq. Quod salvum conductum Husso datum concernit, verum quidem est, quod salvi conductus saltem dentur adversus vim injustam, sed verum & id est, ad carcerem rapti heic, salvo conductu salvo, non posse reum, qui plenè auditus & convictus non est de crimen. At verò Husso hoc contigit, vis itaque iusta ipsi fuit illata, neganti maximā ex parte errores, ob quos accusabatur, & meliori informationi Concilii se subjiciunt in ceteris. Hujusmodi accusato favet conductus salvus, qui Husso datus nec, si Concilium quoque habuisset jus in illum igne animadvertisse, quod nullum plane eidem competit, nēdum in ipsum nec confessum nec convictum, expirare potuit in primo Hussei eoque tumultuario prorsus examine, maxime cum talis salvus conductus, salvā justitiae administratione datus, nullum Ecclesiæ præjudicium potuerit creare, nec annullari a conventu Clericorum, præcipue a summo Magistratu datus. Scilicet cessat tunc demum salvus conductus, quando reus plenè auditus de crimen convictus est. Vide disput. beati Gravii de salvo conductu judiciali passim.

COROLLARIUM III. ad p. 17.

Historiam, origines & persecutiones Ecclesiæ Evangelicæ Salisburgensis dare ob penuriam documentorum difficile est. Refert Mezgerus hist. Salisburg. L. IV. c. 50. 51. Joh. Staupitium, Lutheri doctorem Matthæi Langii Archiepiscopi Salisb. Concionatorem fuisse aulicum, deinceps nutu ipsius creatum Salisburgi Abbatem S. Petri A. 1522. Etsi verò Staupitius sic potius à Lutheri fuerit abstractus, libros tamen ipsius secum attulit, queis prima Evangelii cognitio Salisburgensibus terris illuxit, quod tamen A. 1521. pleniùs Salisburgi prædicavit Paulus Speratus, templi Cathedralis Ecclesiastes, qui & deinceps A. 1522. Viennæ in templo S. Stephani, & postea Iglavie in Moraviā veritatis lucem accendit, eapropter quoque vinculis & carceri traditus, queis difficulter existit, atque A. 1523. ad Lutherum Wittebergam petrexit, qui illum Alberto, Duci Borussiæ commendavat, à quo Ecclesiastes aulicus & Episcopus Pomesaniensis constitutus fuit. Patet hoc

dedicatione libelli de instituendis Ministris Ecclesiæ à Lutherō latine conscripti & à Sperato in linguam Germanicam versi A. 1524. facta ad auditores suos Salisburgenses & Heribopolitanos in Op. Lutheri Altenb. T. 2. f. 494. sqq. itemque ex dedicatione Formulæ Missæ Witteb. à Lutherō latine itidem datae & à Sperato germanice versæ eodem anno facta ad Ecclesiam Iglavensem in Moravia, in Op. Luth. Altenb. T. 3. f. 460. 461. ubi saltem $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\eta$ notamus, innumeros adhuc in montanis Moraviae latere Evangelicos, ex quibus numerus insignis ante aliquot annos transit in prædium Herrenhut in Lusatia beneficio ill. Comitis Zinzendorffii. Ita & Urbanus Regius, cum à Pontificiis Augustâ Vendelicorum his ipsis ferè temporibus fuisse pulsus, in salinis Tirolensis & Salisburgensis exul Evangelium prædicavit, ut, quæ ad cives in valle Oeni scriptæ, testantur. A. 1528. constat, Georgium Schärerum, Salfeldensem (non Thuringum sed Salisburgensem) antea Franciscanum Monachum, cum Evangelium Rastadii in eodem Archiepiscopatu prædicasset, ibidem ob hanc causam capite plexum fuisse Martyrem. Historiam martyrii confessionemque Martyris insignis A. 1554. edidit Matthias Flacius cum egregiâ præfatione an die verfolgte Christen im Bistum Salzburg und Bayern, quæ omnia plenè inseruit historiae Martirum T. 2. L. 4. f. 467. b. sqq. Ludovicus Rabus, Theologus Ulmensis, prælo nuperrimè redditæ Salfeldiæ in Thuringiâ sub titulo memorie Schärerianæ à Joh. Gottlieb Hillingero, Concionatore aulico & Superintendentene Salfeldensi. Ita & exstant literæ beati Lutheri ad Martinum Lodingerum, civem Gasteinensem in Archiep. Salisb. data A. 1532. quicis ipsi consilium datur, ut, quia S. Cœnam sub utrâque ibidem accipere nequeat, aliò migrer, cui consilio & paruit idem. Habentur sanè Zvvo Trost-Schriften, vvelehe der fromme, Christliche und getreue Dienst GOttes; Martinus Lodinger an seine verfolgte Brüder und Landsleute kürzlich vor seinem seel. Ende geschrieben hat, queis & epistola illa Lutheri adjecta est, A. 1552. Refert autem hfc Lodinger, A. 1554. demortuus, Salisburgenses & per tempus bene longum Pastores Evangelicos habuisse, qui verò officiis expulsi dirasque persecutiones passi fuerint. Nova habetur libelli editio cum præfatione Eliæ Vejelii, Theologi Ulmani A. 1686. data. Ita refert quoque Beucherius in der Beschreibung geistl. und weltl. Sachen L. 27. f. 719. 720. preces Salisburgensium Evangelicorum in comitiis Ratisbonensis A. 1557. factas de remedio persecutioni, quam paterentur, adhibendo, ob quam & pluri-

ni in Palatinatum superiorē & Ratisbonam secesserunt. Ejusmod
querelæ in comitiis A. 1566. habitis ab Evangelicis Salisburgensibus prō-
positæ leguntur quoque in Lehmanni actis pacis religiose L. II. c. 7. f.
115. Jam & Wolfgangum Dietericum , Archiep. Salisburgensem A.
1588. mandatum contra Evangelicos subditos suos edidisse eosque ter-
ris suis expulisse referunt Georgius Nigritinus in hist. Eccl. Rom. f. 734.
& L. Ofiander in ep. hist. Eccl. Cent. 16. p. 1055. Nullumque est dubium,
illos tempore belli tricennalis eadem exiliī fata cum Austria-
cis aliisque vicinis Evangelicis
subiisse.

Zeigt Pfaffens Geist und Kiel/ wie man zum grossen Maßl
Des größten Königes in IESU Hochzeit-Saal
Durch einen heil'gen Zwang die Gäste nöth'gen solle/
Wie ernstlich GODT sein Haus gefüllt wissen wolle;
So sey ich allerdings/ da du die Wahrheit schübst/
Wie du/ Erwählter Freund! im schönsten Hochzeit-Kleide
Vom Purpur-Stück des Lamms und seiner weißen Seyde
In jenem Trau-Pallast als Brant zur Tafel sitzt:
Hier dienst du noch als Knecht/ und solt zum Tisch der Gnaden/
Wie du geladen bist/ auch andre Gäste laden;
Weißt du schon nicht genau/ wo Gass und Straßen sind/
Dahin dem HERRN dich schickt; genug! daß auf der Erden
Des Himmels Gnaden-Ruß noch immer Seelen findet/
Durch die die Tische voll/ die Knechte frohlich werden:
Gott füllt noch stets sein Haus; schau/ Bruder! Salz-
burg an/

Dem Augspurgs Zion jüngst so viel zu gut gethan;
Wir danken ferner GODT/ wann Salzburgs Beispiel lehret/
Wie leicht des Liechts August sein Reich des Liechts vermehret.

In Gelegenheit gegenwärtiger Disputation schrieb den
Herrn Respondenten, Seinem 8. jährigen Academi-
schen werthen Freund in Tübingen

M. JOH. GODERIUS GOEZ, P.L.C.V.M.